



**LIBRI || OFFICIALIS || SIVE AGENDAE S.|| TREVERENSIS
ECCLESIAE PARS || POSTERIOR, IN QVA IAM PRIDEM
RECEPTI ET || longa consuetudine confirmati
Catholico-||rum ritus, quasi in vnum corpus ...**

Jakob <III., Trier, Erzbischof>

Trevorum, 1576

VD16 ZV 206

Ordo sepeliendi Crucifixum eodem die cum Responsorijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-75472)

Parasceues.

109

**ORDO SEPELI
ENDI CRVCIFIXVM IN
DIE PARASCEVES.**

Sacerdos expleto officio, exuit casulam, & indu-
tus cappa purpurea, vadit ad locū, vbi crux velata iacet
vt denudet, & aqua benedicta aspergat, thurifacet, &
cooperiat, & ad locum sepulturæ præparatum, præce-
dentibus crucibus, deportet, submissè cantando,

Hierusalem luge, & exue te ve-

sti bus iocūdi ta tis: induere cine-

re, & ci li ci o. **Q**uiā in te
K est

In die festo

est oc ci sus Saluator Israel. **Verf.**

Deduc quasi torrentem lachrymas

per diem & no ctem: Et non tace-

at pupilla oculi tu i. **Quia. Respo.**

Recessit pastor bo nus, fōs a quæ
viuæ

viuæ: Ad cuius transitum, sol obsu-

ratus est. Nam & ille captus est, qui

captium tenebat pri mum ho mi-

nem, Ho die por tas mortis, & se-

ras pariter Saluator noster dif ru-

K 2 pit

pit. **V**erf. **D**e struxit quidem clau-

ftra inferni, & subuertit potentias Di-

aboli. **H**odie.

Et cum peruentum fuerit ad locum sepulturæ, Sa-
cerdos aperto sepulchro, aqua benedicta aspergat, &
thurificet, Choro cantante Responsorium.

Ecce quomodo moritur iustus &
nemo

nemo percipit corde: & viri iusti tol-

luntur, & ne mo confide rat: à facie

ini quitatis abla tus est iustus, **E**t e-

rit in pace memoria ei us. **Versus.**

In pace factus est locus ei us &
K 3 erit

in Syon habita tio ei us. **E** terit.

Medio tempore , Sacerdos ponat Crucem in sepulchro, & panno albo eam velet, & claudat sepulchru
Cantore incipiente.

Sepulto Do mino, signatum est

monumentum, voluentes lapi dem

ad ostium monumenti. **P**onentes
mili-

Parasceues.

115

mili tes qui custodi rent illud. Ver.

Ne forte veniant Discipuli eius, &

furentur e um: & dicant plebi, surre-

xit a mortuis. Ponentes.

Postea dicit Sacerdos: In pace factus est locus eius.
Chorus: Et in Sion habitatio eius. **Et egredietur pro-**
cessio sub silentio

K 4 INVI-